

- DOCUM. F anno 1150 - Nuovo giuramento di fedeltà di Pola a Venezia.  
 DOCUM. G anno 1150 - Rovigno giura fedeltà a Venezia.  
 DOCUM. H anno 1150 - Parenzo giura fedeltà a Venezia salutandone il Doge «totius Istriæ dominator».  
 DOCUM. I anno 1150 - Cittanova giura fedeltà a Venezia.  
 DOCUM. L anno 1150 - Umago giura fedeltà a Venezia.  
 DOCUM. M anno 1000 - Giovanni Diacono ci descrive il passaggio del Doge Pietro Orseolo II lungo l'Istria.

### DOCUMENTO A

Actum in civitate Justinopoli — 14 gennaio 932.

- 1) Petrus veneticorum dux... populum civitati nostrae mente benivola (omnibus vestris temporibus) protexistis,
- 2) et de nostra salvatione curam semper tanquam pastor optimus habuistis,
- 3) et deambulavimus semper cum securitate et pace per vestros fines,
- 4) nullumque gravamen neque violentiam ibi pérpessi sumus:
- 5) iam antea de vestris debuimus cogitare honoribus,
- 6) sed per nostram neglegentiam hoc remansit.
- 7) Nunc igitur, quamvis tarde, previdimus omnes de civitate predicta,
- 8) nostra optima voluntate, nulla interveniente violentia, neque distinctione, et nomine unquam cogente aut suadente set leto corde et animo,
- 9) ut juxta quod possumus vel de fructibus terre nostre, vicem glorie vestre recompensemus et honorem in aliquo impendamus.
- 10) Quapropter nos quidem Audeberlus locopositus et Johannes scavinus, Faragarius advocatus tocius populi, Andrea scavinus (seguono 13 nomi senza qualifica e due altri di scavini),
- 11) cum consensu tocius populi nostri et nostra spontanea voluntate legationis istius causa ad vestram presentiam venimus,
- 12) promittentes, nos vobis per omnem annum, usque dum in hoc seculo vixeritis, nos omnes suprascripti insimul cum populo, honoris causa donare vini boni anphoras centum per tempus vindemie.
- 13) sive de nostro sive de populi parte vel quoconque modo potuerimus ita ut nulla inde in nobis sit neglegentia.
- 14) Ideoque promittentes promittimus ut semper vestrum populum salvare et defensare debeamus a cunctis adversitatibus.
- 15) ita ut nullas ab aliquo lesiones vel forcas patiantur.
- 16) Quodsi ex nobis hoc aliquis non observaverimus, componi promittimus auri libras V. (Seguono le firme di 27 consentientes e 30 altri nomi).
- 17) Ego Georgius djaconus et notarius per consensu populorum scripsi atque firmavi.

### DOCUMENTO B

Actum Rivoalto — 12 marzo 933.

- 1) Cum nos Uuintherius et homines nostri,
- 2) invasimus res proprietatum de patriarchatu vestro Gradense et sancti Hermacore, quas in finibus Polane et Ystrie habet,
- 3) et similiter res Palatii vestri Veneciarii,
- 4) et de episcopatibus Veneciarii quos ipse palatius et sui episcopati in Pola et in omnibus finibus Hystriæ habent,
- 5) et debita quae Hystrienses ad Veneticos solvere debebant, detinebamus,
- 6) ut iusticias minime invenire poterant Venetici,
- 7) et suprapositas eis per civitates imponebamus,
- 8) etiam naves eorum comprehendimus et depredavimus et homicidia in Veneticos fecimus (unde maxima litis inter nos et Veneticos adcrevit),
- 9) propter hoc malum, quod in Veneticos exercimus, dominus Petrus, gior. dux Ven. precepit ut nullus Veneticus Ystriam pergeret nec Ystrienses Venetias advenirent.